Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



esdra

aut ne uestis seuere hoc impleatis et paulatim crescat malum contra reges. Itaque exemplum edicti artaxerxis regis lectum est coram rehumbeelthe et semsai scribam et consiliarius eorum et abierunt festinanter in iherusalem ad iudeos et prohibuerunt eos in brachio et in uiolentia.

Tunc intimauit est opus dei domus in iherusalem et non fiebat usque ad annum secundum regis darii regis persarum prophetauit quoque aggeus propheta et zacharias filius addo prophetantes ad iudeos qui erant in iudea et iherusalem in nomine dei israel. Tunc surrexerunt zorobabel filius salathiel et iosue filius iosedech et ceperunt edificare templum domus dei in iherusalem et cum eis prophete dei adiuuantes eos. In illo autem tempore uenit ad eos tanthanai qui erat dux transflumen et stharbuzanai et consiliarii eorum sicque dixerunt eis. Quis dedit uobis consilium ut domum hanc edificaretis et muros hos instauretis. ad quod responderunt eis que essent nomina hominum auctorum illius edificationis oculus quoque dei eorum factus est super senes iudeorum et non potuerunt eis inhibere placuitque ut res ad darium referretur et tunc statuta erit aduersus accusationem illam. Exemplum epistole quam misit tanthanai dux regionis transflumen et stharbuzanai et consiliatores eius. apharsachei qui erant transflumen ad darium rem. Iermo quem miserunt ei sic scriptus erat. Dario regi pax omnis

totum sit regi uos isse ad iudeam prouinciam ad domum dei magni quae edificatur lapide inpolito et lignis ponuntur in parietibus opusque illud diligenter erstruitur et crescit in manibus eorum. Interrogauimus ergo senes illos et ita diximus eis. Quis dedit uobis potestatem ut domum hanc edificaretis et muros hos instauraretis. et nomina eorum quesiuimus ab eis. ut nuntiaremus tibi. Conscripsimus nomina uirorum eorum qui sunt principes in eis. hiuuldemodi autem sermonem responderunt nobis dicentes. Nos sumus serui dei celi et terre et edificauimus quod erat erstructum ante hos annos multos. quod quoque rex israel magnus edificauerat et erstruxerat. Postquam autem ad iracundiam prouocauerunt patres nostri deum celi et terre tradidit eos in manum nabuchodonosor regis babilonis chaldei. domum quoque hanc destruxit et populum eius transtulit in babilonem anno autem cyri regis primo babilonis. cyrus rex babilonis precepit edictum ut domus edificaretur. Sed et uasa templi dei aurea et argentea que nabuchodonosor rex tulerat de templo quod erat in iherusalem et apportauerat ea in templum babilonis protulit cyrus rex de templo babilonis et data sunt sasabasar uocato nocabilo quem et principem constituit dixitque ei haec uasa tolle et uade et pone ea in templo quod est in iherusalem et domus dei edificetur in loco suo. Tunc itaque sasabasar ille uenit et posuit fundamenta templi dei iherusalem et ex eo tempore usque nunc in me edificatur nec dum